UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei

Murner, Thomas

Lucernae, 1528

VD16 M 7034

Qvinta Pars Iohannis Fabri, de consilior[um] generaliu[m] unanimi consensu in ueram Christiana[m] doctrinam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29525

Visual Library

QVINTA PARS IOHANNIS Fabri, de conſilioꝝ generaliũ unanimi conſenſu in ueram Chriſtianã doctrinam.

AD Fabrum redeo, qui quum hac quinta parte inter generalia & prouincialia concilia diſtinxiſſet, generalibꝰ ibidem quindecim enumeratis euangelicoꝝ hæreticoꝝ doctrinæ contrarijs eam fidem tribuit, ut nephas cenſeat, contemptis illis ad iſtoꝝ aſinoꝝ tragœdias & fabulas cõfugere, quippe quod illa generalia concilia a ueritatis Chriſtianæ tramite nunq; aberrarint. De ſinodalibus ſecus adſerit. Neceſſarias ergo & longe grauiores cauſſas nobis adferant hæretici noſtri oportet, & non ſimilia ſupra memorata mendacia, ſi perſuadere nobis uoluerint, hoc quod iam tot ſeculis tenuit populus Chriſtianus cum ſuis doctoribus, & in hunc uſq; diem tenet eccleſia, pernitioſa & impia eſſe dogmata noſtra, tũ uero præcipue ſine q̃bus nemo poteſt eſſe ſaluus. Credemus ſcilicet prædicatũ euangeliũ tãta cæcitate in eccleſia reſediſſe, & poſt apoſtolos nullũ præter hos ſycophãtas ueritatẽ nobis euangelicã tradidiſſe. Certe hoc facturi quando ab omni ratione fuerimus alieni. Interim quã diu perfecta fungemur ratione, cõcilia, ſanctos doctores, martyres, & catholicã eccleſiam, non ſumus cum his nebulonibus permutaturi. Et quia iam ſatis notũ factũ eſt rem a uerbis ſanctæ ſcripturæ non dependere, ſed ex eoꝝ falſis interpretationibꝰ ultro non patiemur perpetuo nobis ab eis obtrudi ſuas falſas aſſeuerationes pro uerbo dei. Neq; eñ nobis bellũ eſt cũ uerbo dei, ut mendacijs ſuis credulis imponũt, ſed cũ hæreticoꝝ peruerſiſſimis & falſiſſimis, ſimul atq; ementitis gloſſis & expoſitionibus.

SEXTA PARS ARGVMENTA tionum D. Iohannis Fabri in Zwinglium.

PArte ſexta inconſtãtis doctrinæ Zwingliũ arguit, quod in ſuorum articuloꝝ libro, toties Chriſti corpus & ſanguinem fatetur eſſe præſentia in ſacramẽto, a quo tamen poſt

turpiſſime